



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et
Martyrologium

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Vita Divi Vedasti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

S A N C T I V E D A S T I V I T A .

C A P U T I .

*Quomodo vir Dei sanctus Vedastus regi Hluthwico
adjunctus esset.*



Ostquaem Deus & Dominus noster Jesus Christus oem quare perditam de celis in hunc mundum, per virginalem venerat uterum, & tota sua dispensationis, & nostra salutis peracta plenitudine cum triumpho gloria, ad sedem paternę majestatis reversus, ut terricas ignorantias tenebras rōto depelleret orbe, multa sanctorū lumina doctorū Evangelicæ prædicationis luce fulgentia, rōto divisorat mundo: ut hicut cœlum fulgentibus ornatur stellis, qua tamen omnes ab uno illustrantur sole, sic & lata terrarum spatiā sanctis splendescerent doctoribus: quitamē ab æterno sole illuminati, divina preveniente gratia cœcos ignorantias tenebras in verā fidem fulgore, & gloriose Christi nomine illortarent, ut eis ministrantibus longa ab inicio seculi iustitiae, æterna vita epulis faciaretur. De quorum numero sanctus Dei sacerdos Vedalus, & prædicator egregius temporibus fortissimi Regis tunc temporis Francorum Hluthwici, in has divina dirigente gratia, ob multorum salutem per venit regiones, quatenus superius pietatis suffulcus auxilio, populum diabolica fraude deceptum, & errorum laqueis captivum in viam dirigeret salutis æternas, & verā quia in Christo est, libertati restitueret: sed ut hoc acceptabiliter secundum Apostolum fieret tempore, qui ait, Ecce nunc tempus accepibile, ecce nunc dies salutis: Dominus Jesus qui vult omnes homines salvos fieri, competentem suo famulo prævidebat causam, quomodo opportune ad ministerium verbi Dei pervenire valuerit. Contigit verò praefatum Francorum regem Hluthwicum Alamannis bella inferre, quitū temporis regno suo per se potiti sunt: sed non eos ita offendit imparatus, ut voluit. Nam fortissima collecta manu, regi circa ripas Rheni fluminis obviaverunt unanimes bellicia virtute patriam defendente, vel libera manu pro patria mori, & fortissimè urinq; decertatum est: hi ne triumphi gloriam, illi ne patriæ perderent libertatem in mutuam corruentes cœdam. Igitur rex nimio turbatus terrore, dum in micos vidit fortiter pugnare, & suos penè ad internacionem vinci, magis coepit de salute desperare, quam de victoria sperare: et si necdum voluntate renatus esse in Christo, tamen necessitate co gente ad Christi consurgit auxilium. Et quia regina habuit religiosam, baptismique sacramenta initiatam nomine Hluthilt, oculos cum hac voce ad cœlum levavit. O Deus unicæ potestatis, & summae maiestatis, quem regina Hluthilt constituit, & adorat, concede mihi hodiè de inimicis mei victoriam. Nam ex hac die tu solus mihi eris Deus, & veneranda potestas: tu mihi triumphum præsta, & ego tibi promitto semper tñm servitum Mox divina operante pietate terga reverterunt Alamanis, victoria cessit Regi & Francis.

C A P U T I I .

Quomodo Rex festinavit post victoriam ad baptismum, & sibi sanctum Vedastum sœcūlum ascivit, cuius doctrina fidei sacramenta suscepit.

O Mira omnipotentis Dei clementia, o ineffabilis bonitas, qui sic audierit, & nunquam derelinquet sperantes in te: quinta fide Christiani illius invocare misericordiam debet, dum paganus Rex ad unius precis effectum tam pro promeruit victoriam? Cui ex antiquis hujus divinae pietatis auxiliū adquare debemus, qui ob unius momenti lachrymas tam celebrem venturo suo servo

contulit triumphantem: nisi Ezechia Regi, qui angustia tribulationis una tanummodo petitione premeruit, non solum à presenti vastatione civitatem superna protectione defendi, sed etiam in eadem nocte, qua preces in divisiones effuderat aures, cen um & octoginta quinque milia hostium latrū & liberavus occidi viderat. Hęc ve. o victoria, de qua ante diximus, Regi populoque suo causa fuit salutis æternæ, & ne lucerna, sanctus scilicet Vedastus sub modo lateret absconditus, sed supra candelabrum positus, exemplis vel prædicationibus in domo Dei lucens, aerrorē idolatriæ, & caligine ignorantia, in viam plurimos educeret veritatis: sicut ruperat hostibus, & rebus in pace compositis, & Alamannis sive subjectis ditioni, rex ovans, cum laude triumphans, in patriam rediit; & ut fidelis tanta sibi gloria largitor sponor appareret, felinavit servorum Christi sacra imbū prædicatione, & sancti baptismatis ablui sacramentis: venitque ad Tullum opidum, ubi sanctum agnovit Vedastum laudabilem religione soli servire Deo, & dulcissimos contemplatiū vita carpere suetus. Hunc vero ad sanctum Remedium Christi clavis sive solum sacerdotem ad Romanam properans civitatem, libi sœcum assump̄i, quatenus per singulos itineris tui gressus saluberrim ab eo imbretur doctrinis, & catholice fidei firmi, iniiciaretur fundamentis, ut paratus fide & virtutum scientia, a tanto pontifice spiritali ablueretur lavacro, & ab illo donis cœlestibus confirmaretur, quod ab illo prius divina præveniente grata, Evangelicis capitulo sicut prædicationibus. Hic ad fontem vita festinante deducet Regem, ille in fonte salutis æterne venientem abluerat, ambo propemodum pari pietate patres: hic doctrina fidei, illis baptismatis unda, utriq; æterno regi, regem temporalem, munus obseruerunt accepibile. Hi sunt duæ olivæ, duo candelabra lucentia, à quibus Rex præfatus in via Dei eruditus, & à diaboli catenis erutus miserante Deo, portam perpetuam Jucis ingressus, cum fortissima gente Francorum creditus Christo; & facta est gens sancta, populus acquisitionis, ut annuntientur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum.

C A P U T I I I .

*Quomodo praefonta Regis & populi vir Dei Vedastus
œcum illuminavit.*

S Acra igitur Evangelicæ auctoritatis narrat historia, Dominum Jesum Hiericho pergentem ad confirmationem in fidem sua majestatis corda populi præsentis, cuiusdam cœco ad se clamanti, lumen reddidisse oculorum, ut per corporale unius illius cœci lumen, spiritualiter multorum illuminarentur pectora: ita & Vedastus sanctus, Deo Christo donante per cuiusdam illuminationem cœci fidem, quam verbo prædicavit in corde Regis miraculo confitivit: ut Rex ipse intellegenter, tam libi esse necessarium cordis lumen, quam cœco oculorum illustrationem: & quod divina operata est gratia, per preces famuli sui in oculis cœca nocte castigatis, hoc per sermones ejusdem famulū, eadem operante potentia, per spiritualis intelligentiam lucis in suo pectore perficeretur. Nam regia excellētia condigno comitatu cum multitudine maxima populū iter agentibus illis, venerunt in quendam pagum, qui incolarunt terzæ illius consuetudine. Vungisepagus dicitur, prop̄ Reguliacum viilam, que sita est apud florigeras Axas fluminis tipas: & ecce ejusdem ponetem Rege transente, cum multis tundine populū, obviavit illis cœci quidam hujus diutissime solaris expersum lumen, forte nec sui cœcatus culpa, sed ut manifestarentur opera Dei in illo, & per illius illuminationem præsentem plurimorum illuminarentur corda spiritualitatis: qui cum intellexisset à prætereuntibus sanctum Vedastum Christi servum in eodem iter agere comitatu, clamavit, Sancte & dilecte Deo Vedaste, miserere mei: & sepiusnam pio pectorē diligenter deposita potentiam, ut me subveniat misericordia non autum posco, nec argentum, sed ut mihi la men per

men per sanctitatis tuae preces restituat oculorum, sensit
itaq; vir Dei virtutem sibi adest supernem, non ob il-
lius cæci tantummodo, sed plus propter presentis populi
salutem, totum se in taceret effudit preces: in divina fidens
pietate, dexteram cum signo crucis posuit super oculos
cæci dicens, Domine Iesu qui es lumen verum, qui aper-
tisti oculos cæci ad clamantis, aperi oculos & illius: ut
intelligat populus ille præfens, quia tu es solus Deus, fa-
ciens mirabilia in celo & in terra: mox ille cæcus lumine
recepit gaudium perterritus viam suam in quo loco tempo-
re frequentia religiosis virtutis adiuncta est Ecclesia in testi-
monium miraculi illius, in qua orantibus & credentibus
usque hodie beneficia præstantur divina.

CAPUT IV.

*Quod Rex Illudicetus ad baptismum, ibique in Remi civitate
virum Dei Vedastum sancto commendavit Remedio
Pontifici.*

GITAT Rex a viro Dei Evangelicis apprimè imbutus
doctrinis, & hui præfensi miraculo in fidem firmiter
confortatus, nil moratus in via, nil dubitans in fide: sed
magna alacritate animi, magna festinatione itineris, san-
ctissimum Pontificem Remedium videre properavit, ne
illius facrissimo ministerio Spiritu sancto operante, in
remissionem peccatorum, & spem vitæ æternæ Catholicæ
baptismatis vivo ablueretur fonte. Cum quo aliquantis
moratus diebus, ut Ecclesiæfelicis satisfacceret sancti-
bus, & pœnitentie secundum Apostolicum præceptum
prius ablueretur lachrymis, dicens beato Petru priuipce
Apostolorum, Pœnitentia agite, & baptizetur unusquisque
vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi: &
sic in nomine sancte Trinitatis celestis mysterii ba-
ptismi suscipere. Sciens verò beatus Pontifex Apo-
stolum dicere Paulum, Omnia vestra honesto cum ordi-
nentur, statu diem, quo Rex Ecclesiam intraret, ad su-
scienda divinæ pietatis sacramenta. Quale fuit tunc san-
cta Dei gaudium, qualis in Ecclesia Christi laetitia, cum
videret Regem Ninivæ ad prædicacionem Jonni de lo-
lio majestatis sua descendisse, & in cinere sedile pœnitentia,
& sub pia Dei sacerdotis dextera, sua excellentia ca-
piti humiliare. Baptizatus itaque Rex cum optimatibus
suis, & populo, qui divina præveniente gratia salutaris la-
vaci gaudebat suscipere sacramentum: utrumque & vi-
ctoria ex hostiis, & sicut talitus voti compos ad sceptra
regni regenda reversus est, sanctissimum Vedastum beato
Pontifici commendavit Remedio, qui ibi monasterio, vita
meritis, & virtutum claruit exemplis: omnibus amabilis &
venerabilis factus est; fuit enim morum dignitate religiosus,
caritate præcipuus, fratera dilectione jocundus, hu-
mili pietate eximius, orationum vigilantia assiduus,
sermone modestus, corpore cattus, jejunio sobrius, misero-
rum consolator: non de castino cogitans, sed temper de
Dei confidens clementiam, omnes ad se venientes, æternæ
vitæ pane pasciebat. Nullum in sua despiciens angustia,
sed pie consolationis verbo reficiebat mortuos, nemini vel
verbo noctis, sed fraterno amore cunctis prodeesse sat-
gebat, unde & à quam plurimis illustribus frequenterab-
tur viris, ut illius facrissimo alloquio, & in tristitia cu-
juslibet sollicitudinis suscipienter consolationem, vel in
religione ecclesiastica exercitationem, ab eo puram audi-
re veritatem. Unde & illius pia devotione multi à dia-
boli laqueis liberati, & vias vitæ perpetuas superna adju-
vante pietate sunt ingressi.

CAPUT V.

*De conversatione viri Dei in Remi, & de miraculo
ibi gesto.*

SCILICET multi, ut supra diximus, ob celeberrimam
sanctitatem famam nobilium vel plebrialium, virum Dei
vistare solebant, ut consolarentur per gratiam, qua abun-

dabat in labiis illius: & quia ex abundantia cordis os lo-
quitur, & quia fraterno amore omnes diligebat, omni-
bus se affabilem præstebat, allorum salutem suum repu-
tans lucrum: nec Dominica talentum pecunia pigritæ
obruit humo, sed quotidiano charitatis labore multiplicare
studebat, ne vacuus revertente Domino suo in con-
spicuus appareret illius. Igitur quidam vir nobilis & reli-
giofus inter alios famulum venit visitare Christi, ut per
eum coelestis doctrina reficeretur melle: & dum sermo
dulcissima allocutionis in longu traheretur, & sol me-
diu coeli transiens centrum, crescentis duplicitavat um-
bras, nolebat vir Dei hospitem suum absque charitatis di-
mittere viatico mandavit pueru, ut si quid illi remansisse
vini, charo pocula portaret amico, quatenus utrumque vel
anima refectus, vel corpore confortatus, domum ediret:
sed propter hospitum frequentiam, & viri Dei largam ho-
minibus munificentiam, non arida patris caritatem, aridum
invenit vasculum, in quo vinum servari solebat: mox tri-
dis, tacito murmure hoc ipsum puer paternis intimavit
autibus: qui verscundæ rubore persus, caritatis tamen
dulcedine abundans corde in divina confusus suffragia, ta-
citas paulisper Deo preces effudit: nil de divino dubitan-
auxilio, nil de sua petitionis habilitans effectu, torus in ejus
ordens clementia, qui de arida petra sicuti populo fon-
tem aqua viva produxit: vel in Cana Galileæ aquam in
mirabilis vini convertit saporem. Dixit puer: Wade, in
Dei confidens bonitatem, & quodcumque invenieris, in
vasculo, matura nobis afferre. Qui celo paterne obediens
præcepto cucurit, & vas vino optimo superfluens in
venit gratias agens Deo, alacri animo suis sociis propi-
navit, & venienti amico, qui duplii roboratus charita
te remeavit in propria. Sed famulus Christi ne vanis ja-
tantis verbis, vel ruminero populi celebrare ut favore
sub magna attestatione præcepit puer, omnibus diebus
vitæ sua hoc tacere miraculum: plus Deo soli cognitus es
se cupiens, quam hominibus: certissime sciens omnium es
se virtutum veram in humilitate custodiā: & hanc esse,
qua caritatis gradibus altissima coeli regna confundat,
ipsa dicente veritate. Omnis qui se humiliat, exaltabitur.

CAPUT VI.

*Vir Dei a sancto Remedio Episcopo ordinatus est, & Attre-
batæ civitatæ missus est verbum Dei prædicare, & in
civitatis introitum cœcum & claudum
curavit.*

DVMQUE vir Dei celeberrima vulgaretur fama, & ca-
ritatis in omnibus munificentia & religio vita, & ve-
b. Dei instantia longe latet; ab omnibus celebratur, vi-
sus est beatissimo Pontifici Remedio tam præclaratum
Christi lucernam melius esse supra candelabrum ponere,
ut splendissimo sua sanctitatis fulgore latius ad salutem
lucet multorum, quam sub unius loci latebris prope-
modum abscondita latueret. Divina dispensatione & sa-
lubri facerdotum consilio ordinavit eum Episcopum, &
ad prædicandum verbum vita. Attributæ cum direxerat
urbi, quatenus populus diu in antiquis mala consuetudi-
nis erroribus jacens, Deo auxiliante per assiduum sacra
prædicationis instantiam, per illum in viam veritatis, &
agnitionem filii Dei deduceretur: qui pontificatus gradu,
& prædicationis officio suscepit, concitus ad præfatum
jam perrexerat urbem, sed in auspicium futuræ prospe-
ritatis & salutis, Deus cuiusdam miraculi testificatione
ejus civibus patefecit introitum. Igitur in ipsa civitatis
porta duos habuit obviam ibi egenos & infirmos: cœcum
scilicet, & claudum, miserabiles a viro Dei voce st pendia
postulantes: mox iacerdos Christi illorum condolens mi-
sericordia, secum tractans quid illis solarii præflare potuisset:
& dum Apostolicus prædictor pecuniam in faculis se
non habuisset, in divina confidens clementia, &
sanctorum Apostolorum Petri & Joannis confortatus
exemplo, ait, Aurum & argenum non est mecum: quod
autem habeo, id est, charitatis officia & pietatem oratio-

nis ad Deum, hoc vobis præstare non differo, & in hæc verba servi Dei ex intimo cordis affectu pro illorum lachrymas fudit miseria: & cum fidei puritate opem illis poscebat divinam, vel pro illorum corporali, vel pro populi præsentis spirituali salute. Nec tam pia, & tam necclesia preces inefficaces esse potuerunt, sed ab illo qui per Isaiam inquit Prophetam: Tempore opportuno exaudi vi te, & in die salutis audi vi te, mox ambo in cōspectu multitudi dinis optatam receptorū sanitatem hinc luminis claritate datus, ille pedum velocitate latitudo: ambo superne gratias a gentes pietari, majora quam speraverunt munera portantes, domum reversi sunt: sed & hoc miraculum sanitatis in illis plurimi fuit causa salutis aeternæ, videntes celestem virtutem verba consequi sacerdotis Dei, reliquis idolatria soribus, in Christum credentes vivo faci baptismatis fonte purgati sunt.

C A P U T VII.

Quomodo civitas loca per agrans, & vix Ecclesia vestigia inter ruinas murorum reperi, & Iusta ferunt tunc ibi esse confexit.

Praefati vero miraculi testificatione vir Dei favore populi suffultus, singula civitatis loca per agrans, quæ leviter inter ruinas aedificiorum, si quolibet Ecclesia signum invenire valuerit. Nam antiqui fermè temporibus facta in illis locis fidei floruisse religionem agnoverunt: sed propter peccata habitatorum terra illius occulto Dei iudicio, sed iustissimo tradita est cum ceteris Gallia vel Germania civitatibus pagano & perfido Hunnorum regi Attila urbs quoque illa deprædata: qui propter nimiam anima sua laxiciam, nec sacerdotibus Dei honorem, nec Ecclesiis Christi reverentiam impendere sciebat, sed omnia quæ tempora immanis, ferre vastavit, & igne. Tunc in similitudine Hieropolitanæ vastationis, quæ ab impio Babylonio Rege facta est, Venerunt gentes in hereditatem Dei: & polluti manibus profanaverunt sacraria Christi, effundentes sanguinem servorum Dei circa altaria altissimi Regis: Non hæc paganorum fecit fortitudo, sed populi Christiani præteruerunt peccata. Invenit vero famulus Christi antiquæ ruinas Ecclesia inter murorum fragmenta, epipliūq; crescere denitit, ubi quondam psallentem chori, ibi luctu & latribula ferarum visa sunt iter coribus & immunditiis omnia plena, ita ut vix vestigium aliquod remansisset murorum, hæc cernens intimo cordis dolore ingemuit, dicens: O Domine, hæc omnia venerunt super nos, quia peccavimus cum Patribus nostris, in iustè egimus, iniquitatem fecimus: sed tu Domine memor esto misericordia tua, & nostris parce peccatis, & ne obliscaris pauperum tuorum in finem. Dum hac itaq; lachrymosa murmuraret querelis, ecce subito ex ruinosis speluncis urtis prosilivit, cui vir Dei cum indignatione præcepit, ut in deserta secederet loca, nec ultra illius fluminis ripas transiret: qui mox tali territus minatione fugit, nec unquam postea illis viis est in partibus. Omnia omnipotens Dei in sanctis suis potentia, quibus bestiæ ferocissimæ obediunt! O miserabilis hominum audacia, qui salutiferæ prædicationis verba à sanctis prolatæ doctioribus contemnere non metuunt: irrationabilis bestia in obtemperando Sanctorum præceptis quodammodo ratione uitatur humana: homo vero ad imaginem Dei conditus, ratione præditus, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus illis, honorem suum non intelligit.

C A P U T VIII.

Quomodo in convivio apud Hlutharium regem vir Dei ergo sanctæ Crucis diabolice a molimina evanescere fecit.

Dum vero compresisset vir Dei Ecclesias Christi defactas, cor populi idolatriæ erroribus infectum,

ignorantia tenebris obscœcatu, gemino se pietatis subdividit labore, populum sedula intentione ad agnitionem veri lumenis perduxit. Ecclesiæ ad cultum summi decoris erexit, presbyteros & diaconos sibi in adjutorium per diversa Eccleiarum disposita loca: & ubi prius speluncæ fuerunt latronum, ibi orationum domos construxerat, magnisque intenditur eas divinis ornare laudibus, quam pompatius seculi divitiae comere: fuit vero pauperibus largus, deditibus affabilius, quatenus omnes vel largitatem munierum, vel jucunditate verborum in viam dederet veritatis. Sciens itaque nullatenus superba secularis potentia colla ad Christianæ religionis humilitatem inclinari, nisi per suavissimas pietatis admonitiones, Apostolico instrutus exemplo, omnia omnibus factus, ut omnes luciferaseret. Seniores honoribus præveniens, juniores paterna dilectione admonens, ubique per officia charitatis non sua quaerens, sed quæ Dei sunt, Christi secutus vestigia, potentium convivia non contempsit, non luxuriae causa, sed prædicationis obtenuit, ut familiaritate concordia facilis verbum Dei convivantium infunderet cordibus. Igitur quidam nobilis Francus, potentia clara, Hocinus nomine, regem Hlutharium prædicti regis Hluthwici filium, qui tunc temporis Francorum regni nobiliter rexit, sceptræ, vocavit ad prandium, quod magno apparatu in domo sua Regi & suis paraverat optimatus. Rogatus quoque etiæ sanctus ad convivium Vedaftus, qui domum intrans more sibi solito dextera extenta, omnia sanctæ Crucis vexillo signavit. Quædam vero vascula, ubi cervilia stabant, implera, sed male gentili errore demonis inchantmentibus infecta, qua mox ob potentiam sanctæ Crucis destruenda crepuerunt, & quicquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt. Territus vero Rex & optimates illius hujus visione miraculi, scisitabatur Pontificem causam repentinæ prodigiæ. Cui sanctus respondit Episcopus, Per quidam maleficiorum incantationes, ad decipiendas convivacum animas, diabolica in his lacuæ liquoribus potentia: sed virtute crucis Christi territa, sic invincibiliter de domo effugit ista, sicut visibiliter confiderat liquorum effundi in terram. Hæc vero res multis proficiebat in salutem: nam plurimi occulti diabolici fraudis catenæ absoluuti, auguriorum vanitate spreta, inchantmentum confutundine reliqua, ad veræ religionis convolaverunt puritatem, intelligentes divina potentia efficaciam in suo famulo facere ligna, nihil contra eum sanctitatem antiqui serpentis valere machinamenta: & quod ille ad perditionem paraverat aliquorum, hoc Christi gratia ad redempcionem convenit plurimo.

C A P U T IX.

De infirmitate, obitu & sepultura sancti viri, & quomodo illa ab igne eadem dominus manifesset, in qua sanctus vir obiit.

Rex erat igitur præfatus Dei sacerdos Ecclesiam Christi, divina auxiliante gratia, annis circiter quadraginta, sub magna Evangelica prædicationis devotione, sub magno pietatis amore: ac per idem temporis multitudinem populi Catholico dogmate ad Christianæ fidei convertit sanctitatem. Clariuit ubiq; divina cognitione legit, sanctissimum Christi nomen cunctorum audiebatur in ore, floruit in moribus castissimæ vite honestas, ardebat in pectoribus singulorum coelestis patriæ amor, populus statutis diebus ad Eccleiam concurrebat, telle cum magno gaudio nostri Salvatoris opportunitate pauperibus dissipabantur, verbum Dei quotidie per loca singula populis prædicabatur, hymnicas laudes Deo horis canonice clerici cantabant in Ecclesiis. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius est Dominus Deus eorum. Omnes enim in pulchritudine pacis quiescebant, in agnitione veritatis gaudebant, in sanctitate Christianæ religionis latati sunt. Postquam vero pius præ-

cator,

cator, & sanctus Dei sacerdos meritis maturus, & annis præmia sui laboris Deo dispensante accipere debuit, in eadem Atrrebata civitate valida infirmitatis febe corripitus est, divina prævidente misericordia, ut ubi plurimum in Dei fudavit servitio, inde ad palam æterna beatitudinis perveniret: & inter clarissimum manus filiorum animam suo redderet creatori. Ut vero sui obitum famuli Dei designaret, visa est nocte quadam clarissima columna lucis a culmine domus, in qua sanctus jacebat sacerdos, usque ad summum colli horarum fuisse spacio duarum stare fastigium. Quod cum viro Dei diceretur, intellectus statim hoc signum suum demonstrare obitum: i vocavit, suos ad se filios, ut eorum precibus suam fideli conditori commendaret animam. Et post dulces paternæ pietatis admonitiones, & ex reina chaitatis verba, acrofancti corporis & sanguinis Cœlesti confutatus viatico, inter manus lachrymanticum spiritum emisit. O dies sancte! etiam si fideliter, sed cuncte, mostissima populo, quæ tamen subito corporali vita deseruit pastori quem tamen spirituali nunquam deserit intercessione, si facte illius admonitionis verba, & probatissima vita vestigia sequionon desistit. Convenerunt itaque ad ultima venerandi virti exequia clerici & populus copiosus, aliarumque Ecclesiarum sacerdotes, presbyteri & diaconi: sed mirum inter lachrymanticum voces in terra psallentium, ut fertur a quibusdam religiosis viris, cœsus audiebantur in cœlo: & dum digno honoris officio ferretrum, in quo jacebat corpus paratum, staret in medio, accedentes movere eum non valebant. Quid vero agerent, ambigebant: quos se viderent, nesciebant: scilicetabantur ei Scopilione archipresbytero, viro equide reliquo, qui secretarius fuerat sermonum sancti Dei, si aliquid de sua ultiæ sepulture memorare, timentes, ne forte illis hoc ideo accidisset, quia intra murum eiusdem civitatis illum sepe lire disponebant: quibus ille respondit, Sæpius eum audirebant, quod nullus intra muros civitatis sepeliri debueret: quia omnis civitas locus debet esse vivorum, non mortuorum: confilioq; ab eo accepto, foras civitatem in oratorio, quod sibi ipse paraverat, se pelire patrem: qui mox facilimè levantes ferretrum, portabant sanctum corpus cum luminibus, laudibus & hymnis ad locum sibi placitum, sepelientes eum cum magno honore juxta altare ejusdem orationis nobilem terram condentes thesaureum, in quo loco divina præstante paterat usq; hodie solent miracula fieri, quæ magis clementium ore narrantur, quam dictantis stylo scribantur. Supervenientem itaque tempore, domus in qua Deo dilectus diem obiit, flammis ardenti ardore copit: sed vidente quadam religiosa feminina, Habita nomine, sanctus adveniens Vedaltus flammas à domo dicitur: & ita incolumis remansit cum lectulo, in qua vir venerabilis sanctam ad cœlestia regna animam emisit, ut omnes agnoscerent, quanta illius cler. beatitudine in cœlis, cujus lectuli domus in terris ardere non potuit, pro cuius meritorum quoque sanctitate, divina operante pietate, quotidie vel vetera narrantur miracula, vel nova videntur. Felix equidem Adrataba civitas, tam excellenti munera patrono, etiæ murorum ruinis vilescat, illius tamen meritorum nobilitate clarescit: totusque pro eius sanctitatis intercessione gaudet populus, omnipotenti Deo eternas referat laudes, qui tam clarum illis perdonavit doctorem, cuius prædicatione viam agnovit veritatis, cuius precibus si in fidei firmitate, & vita sanctitate constituit, ab omni adversitate secura permaneserit, & usq; ad perfectam beatitudinis gloriam perveniret, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

CAPUT X.

Homilia in die natali sancti Vedasti Pontificis, dicenda ad populum.

GAUDET & dilectissimi fratres in Domino, qui ad Gloriosissimi patris & protectoris nostri sancti Ve-

dalli solennia convenitatis: & spirituali jucunditate latami, & ex intimo cordis affectu clementiam Domini nostri Jesu Christi collaudate, qui nos ab idolatria errotibus ad agnitionem sui sancti nominis per hujus sancti sacerdotis prædicationem perducere dignatus est: sequamur unanimiter tam sancti doctoris vestigia, non sumus tanti patris degeneres filii, sed sanctitatem vita illius mortum nobilitatem imitemur. Abjecimus ergo a nobis opera tembratum, & induamus arma lucis, ut in die honeste ambolemus: quia nox ignorantia recepit, & vera scientia nobis lumen illuxit, ut filii lucis in omni castitate & pietate ambulemus. Non sunt alicuius negotiæ vel malitia occulta in cordibus nostris semina: quia homo videt in facie, deus autem corda considerat, nec aliquid illius omnipotentiae oculis occultari potest. Præparamus nos in omnibus bonitatibus, ut præclarus Pontifex & pius prædictor noster Vedaltus, gaudens nos ante tribunal summi judicis in die ultimo dedicat: quatenus ex numerofitate filiorum, illius cumuletur gloria, & nos cum illo desiderabilem audiire mereamur sententiam. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Ille de cœlesti patria pīs orationibus nostris quotidie agone adjuvare non desistit, desiderans suos charissimos filios, quos paterna pietate genuit in Christo, ad gloriam perpetuam pervenire beatitudinis. Quapropter charissimi fratres, unusquisque in suo ordine secundum virium facultatem foriter diabolicis resistat suggestiōibus, ut æternam triumphi coronam cum pio patente nostro accipere dignus efficiatur. Non sunt enim digni, quia ait Apostolus, passiones hujus temporis ad superuentur gloriam, quæ revelabitur in nobis. Igitur brevi laboris tempus divina nobis voluit esse pietas, & agonis nostri retributionem esse perpetuam, & pro temporali tribulatione permanentis gloria mercede gaudere. Audivimus itaq; , cum Deo dilecti sacerdotis vita legezefut, quantauis in omni bonitate habuit devotionem, quomodo per ablinientia rigorem suum castigavit corpus, qualiter per charitatis officia omnibus prodebat contendit: incedamus cum omni alacritate & mentis, & rationis facultate illius vita vestigia, ut beatitudinis, in qua regnat cum Christo, confortes effici mereamur. Nulla carnalis concupiscentia, nulla secularis ambitione impedit iter noluntur curramus per opera pietatis ad cœlestis patriæ portas, expectant nos cives æternæ civitatis, & rex ipse, qui vult omnes homines salvos fieri, nostram cum sanctis suis vehementer desiderat salutem. Dicer enim nos illius esse cooperatores in salute nostra, qui nos in tantum dilexit, ut proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Diligamus eum, quia ille prior dilexit nos: faciamus illius voluntatem, quia voluntas illius felicitas est nostræ habeamus semper in mente, quod ipsa veritas cuidam divitiis respondit in Evangelio. Si vis vitam inredi, serua mandata: quæ sunt mandata, nisi charitas Dei, & dilectio proximi? In his duabus præceptis tota lex pender, & Propheta. Dilectio itaque proximi, in operibus misericordia comprobatur, qui seculi habeat, substantiam auxiliatur non habentis qui doceant habeat, conscientiam, corrigit errantem, dicente Apolo Jacobo: Qui convertit peccatorem ab erro & vixit, cooperit multitudinem peccatorum suorum. Scire debemus charissimi fratres, quia quot animas quisque lucratuerit fuerit Deo, tantum accepturus erit mercedis a Deo. Quantam gloriam habere putatis sanctum Vedaltum in cœlesti regno cum Christo, qui tam innumerabilem populum fedula prædicatione Christo in terris acquivit, vel quanta sit gloria anima illius speratis inter Angelos, dum tantum honorem haberet corpus illius inter homines? vel quid non potest pietatis precibus impetrare in cœlis, qui tantis in mundo claruit miraculis? sed omnibus miraculis major est Evangelica prædicationis instantia, & sanctæ charitatis in corde flagrantia. Valde enim viriliter accepta Dominica pecunia talenta multiplicare studuit: ideo feliciter sibi Dominum audier dicentem, Euge serve bone & fidelis, quia supra pauca

fructu fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini Dei tui. Parva sunt praesentis vita bona, comparatione futorum bonorum: sed qui in his fideliter laboret, in illis feliciter requiescat. Ille sanctus, ad cuius concurrens festa volvisti, pro multorum laboravit salute, ideo plurimorum praemia in die iudicij suscepturus erit. Seipsum abstinentiam macravir rigore, aliis per predicationis profuit sedulitatem: ideo laudabilis omnibus extat, juxta vocem sapientissimi Salomonis, Memoria justi cura laudibus, & nomen impiorum putescit dum vita justorum laudabitur, iniquitas impiorum quasi Ierucus destratur ab omnibus. Quid est felicis, quam in bona conuersatione à Deo perpetua promeret beatitudinis gloria, & omnium ore laudari. Cogitemus quotidie, quia fiducia veniamus ante tribunal summi iudicis, quid boni operis nobiscum referamus: aquitas illius nullius accipiet personam, sed unicuique reddet secundum opera sua: & qui plus laborat in opere Dei, plus mercedis accipiet in regno Dei. Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea viriliter suam operetur salutem. Omnibus ecclesiis regni janua patescit, sed meritorum qualitas alium introduceret, alium expelleret. Quam miserum, hominem à gloria excludi Sanctorum, & aeternis cum diabolo depatri flammis, peccatorum sarcina animam submergit in tartara: justicia abundantia ad celestem evehit gloriam, frequentermus sapientiam Ecclesiam Christi, audiamus in ea diligenter verba Dei: & quod autem percipimus, hoc corde retineamus, ut boni operis fructum feramus in paternitate, & fraterno amore unusquisque alium adjuvare studeat: habemus præclaras sanctissimam Patris nostri abundantia exempla in omni charitatis officio, in fidei fervore, in spei longanimitate, & perseverantia torius bonitatis illius quem tanta celebramus laude, & tanto diligamus amore, tota mentis intentione in omni conuersatione sancta ejus sequamur vestigia, quatenus viam vita illius currentes, aeterna beatitudinis cum illo gloriam accipere mereamur, auxiliante nobis Rege aeterno Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat.

Deus per omnia secula seculorum,
Amen.

S A N C T I V E D A S T I V I T A E F I N I S .

P R O L O G V S I N V I T A M S A N C T I C O L V M B A N I .

RUTILANTEM, atque eximio fulgo re micantem sanctorum præfulum, atque monachorum vitam, solertia nobilium condidit & conscripsit doctorum, scilicet & posterioris alma redolerent prisorum exempla. Egit hoc a seculis rerum fator aeternus, ut suorum famulorum famam commendaret perennem, utque præterita gesta linguerent futuri exempla: & de præcedentium meritis, vel imitando exempla, vel memoriz commendando, ventura soboles gloriaretur: quorum beatus Athanasius Antonii, Hieronymus Pauli & Hilariensis, vel ceterorum, quos cultus bona vita laudabiles reddebat, Posthumianus vero, Severus & Gallus, Martini egregii præfulus, nostris memoriam dimisere fecerunt, plerique aliorum, quos aut fama, aut bonorum operum exempla, vel virtutum commendare non possent, ut sunt columnæ Ecclesiarum, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, qui inter tot seculi turbines, fluctuantे mundo, statum Ecclesie sustentaverunt: nec flatu aduersante iniquo, ac hereticorum procella quatiente, vera fidem aduersitas macularet. Quorum nos exempla temerario conatu fecerunt, qui nec meritorum supplemento, nec facundia flore sufficiunt, nec elucubrata scientia fonte, tanti patris nostris seculis resplendens Colubani

aggregidur texere gesta. Erit tamen nostrorum arbitri dictorum, virtutum largitor immensus, qui illi & gratia sua munera, & vita perennis largitus est coronam.

S A N C T I C O L V M B A N I A B B A T I S V I T A .

C A P U T I .



O L U M B A N U S igitur, qui & Columba ortus est in Hybernia insula, quæ illi in extremo oceanis sita, & spectat Ticanis occasum, dum virtutis orbis, & lux occidua ponti descendit in umbras: unde denuo peracto cursu noctis irradiat totum redivivo lumine mundum. Insula hujus situs, ut fertur, est amoenus, ac adversarium exterarum carens bello nationum. Hanc & Scotorum gens incolit, gens quamquam absq; reliquarum gentium legibus, tamen in Christiani vigoris dogmate florens, omnium vicinarum gentium fidem præpollit. Natus ergo hic inter primordia fidei gentis illius est, vir ite beatus, ut sed, quam in secundum ex parte gens illa habebat, suo ac fodalium suorum munimine, cultu uberi foscundaretur. Sed præfus lumen vita præsentis caperet, quid ante ejus ortum actum sit, non est silendum. Nam cum ejus genitrix alvo gravida teneretur, subito per intepstam noctem sopore depresso, vidit eam suo rutilantem solem & nimio fulgorc micantem procedere, & mundo magnum lumen præbere. Postquam autem sopor membra laxavit, & cacas surgens tenellas aurora fugavit, intra semetipsum pensare coepit quæ viderat: & canticis gaudio, tante vibonis vim sagaci animo trutinans, solamini supplementum à vicinis petit, quos doctrina solettes reddidit, quarens ut tantæ visionis mysteriū sapienti corde rimarentur. Tandem peritorum librariae responsa recepit, se egregia in dolis vtero concepisse viu, qui & sua saluti utilia, & proximorum provideret utilitati opportuna. Quem mater poltquam edidit, tanta custodia servavit, ut vix eum vel cognatis, vel aliorum moribus crederet, quoadulq; vita pueri ad boni cultus operis, duce Christo, sine quo nihil boni agitur, ap̄piraret. Nec immixti solem fulgentem è sinu suo mater prodire consperxit, quia hic a matris universori Ecclesie membris, instar Phœbi fulgere micuit, Dominio dicente. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patrii eorum. Sic Debora supplici voce ad Dominum Spiritu sancto monente, olim loquebatur, dicens, Qui autem diligenter te, sicut sol in ortu suo splendor, sic rutilabunt. Æthereus enim axis siderum distinctione flavescens, scilicet de frequentia celebis lucis speciosig est, sicut diei lux Phœbi aucta splendor, mundo amena resulget: ita corpus Ecclesie cum conditoris sui ditatum opibus, sanctorum augmentato numero, scientia religione nitescit, ut ex frequentia doctorum pullulent lucra subsequentur. Et ut sol vel luna astris, omnia noctem & diem suo nitore nobilitant, ita sanctorum merita sacerdotum, Ecclesie munimenta roborant.

C A P U T I I .

Praetatis itaq; infantis annis, in pueritia atque pubescens, liberalium literarum doctrinis & grammaticorum studiis, ingenio capaci dare coepit laborem, quem per omne pueritiam & adolescentiam tempus exercens, usq; ad virilem atatem uberi intentione defixit. Sed cum eum elegancia formæ, præsertim corporis candor & pubertas nobilis omnibus gratum redderet, coepit tandem contra eum antiquus hostis lethiferata tela relaxare, ut quem tanto ingenio crescere cerneret, suis habens si valuerit, irriteret. Aggressus est igitur lasciviarum puellarum in eum suscitare amorem, præcipue quas forma corporis, perfunditorio decore, horrendo desiderio in miserorum animos solet immergere. Sed cum se egregius miles tantis

telis